gratiam impetrat apud deū. hic bernā. Maria filium apit vniuersis vt de plenitudine eius omnis accipiant. &c. Tercio potens est ꝑ dæmones. quicquid enim desparum exigente dei iustitia relinquitur dæmonibus. propter potestatem est creatus liberatum. propter quod ipsi dæmones ex eius potestate terrere non audent eam propro nomine appellare sed frequentius eam magnam appellant hinc bern. Quid tibi negari poterit. cui non est negatum Theophilum de inferni faucibus euocare De omnibus prātibus dicit bern. Data est tibi omnis potestas in celo. et in terra. vt omnia quecunq; voluueris valeas impetrare. Sexta proprietas stellarum est. q; sunt fm visū hoīm pulchrime. que proprietas beate virgini cōpetit que per virtutem sue humilitatis se minimam iudicabat. in hac ergo paruitate eius humilitas designatur. de qua bern. Audeo dicere q; nec marie virginitas sine humilitate placuisset Propter quod cum p gabrielem dei filius ex ea incarnandus nunciaretur. oīm virtutum oblitus de sola humilitate glabat dicens Quia respexit humilitatem ancille sue. de qua iterum bern. Que est hec tā sublimis humilitas que cedere non nouit oblatis honoribus Non enim magnum est eē humilem in abiectione sed magna. et rara ē virtus humilitas honorata. Septima proprietas stellarum est q; in suis effectibus sunt efficacissime. Sunt enim discordantium ꝑciliatiue errantium directiue. germinantium fecundatiue. que omnia in virgine gloriosa efficacissime inueniuntur. Ipsa est enim dei et peccatorum inter se discordantium reconciliatiua. secularium hoīm errantium a deo directiua. propter quod. et stella maris dicitur eo q; nauias in mari errantes dirigit ad portū salutis Est etiam germinantium fecundatiua. quia quicquid de bonis operibus ꝓficimus p eius grām. et intercessiōem i debitū fructū germinat apud deū

LXXXI

De eodem sermo quartus.

Ego mater pulcre dilectionis timoris et agnitōis et sancti spei. ecc. xxiiij. Sciendum q; sicut vnus est dei patris filius naturalis scilicet iesus christus. et multi filij adoptiui. sic vnus est filius marie naturalis scilicet iesus xp̄s fm hominē. et multi adoptiui sicut omnis electi. propter quod idem virginis filius dicitur primogenitus. Mat. i. vbi dicitur. Peperit filium suum primogenitum eo q; ipse primo ex ea genitus dedit ei multos filios adoptiuos. vt fm aplm ad Ro. viij. ipse sit primogenitus in multis fratribus. hinc est etiā illud q; aplos. et omnis electos in aplis fratres nominat dicens. per ps Nunciabo nomen tuū fratribus meis. et illud Mat. xxiij. Nunciate fratribus meis hos ergo filios adoptiuos naturalis filius iesus xp̄s. sub noīe iob. matri dedit in filios cum in cruce pendens dixit Mulier ecce filius tuus Itēq; ipsam nobis dedit in matrē cum nobis dixit per discipulū Ecce mater tua Nam sub nomine iob. que gratia dei interpretatur. omnes filij adoptiui. qui ex grā dei adoptantur in filios designantur. Nō enim necesse fuit vt iohannem matri. et matrem iohānī. quos fidem et aīcitiā nouit ad inuicem recōmendaret. Sz in eo loco. et tpe hoc facere voluit vt eandē ei recōmendatōz ei impressius incalcaret. ac si diceret. Ecce mater quid pro peccatoribus patiar. et quotiens exigente iustitia ipsum dānari opteat tu mee recōmendationis tpe passionis tibi facte non immemor ipsos mihi surripias. et p eis interpella. in quo viscera benignissime mie dei circa nos relucēt q; tam multiplicitēr querit occasionē miserendi. et hec recōmendatio nostre matri tam profundissime est immersa. vt etiā ipsa se offerat omnibus inuocantibus benuolā. et benignā. et licet quātum in ea est oībus desiderat mīaz exhibere hoc tū exquirit ordinatio veritatis vt. et nos ad gratiā eius percipiendam studeamus habiles. et di posin inueniri. quia licet vt diximus omnibus gratiam offerat ipsaz tamē soli habiles consequūt. Qualiter autem ad eius gratiā consequendā nos habilitare debeamus ipsa nobis insinuat in verbis p̄ posite cum dicit Ego mater pulcre. &c. ac si dicat. qui per pulcraz dilectionē timorē. agnitionem sanctā spem diligēter se disposuerūt

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

illoꝝ ego mater ero maternũ eisdem affectũ
ꝑ omibus alijs exhibẽdo. Dicit ergo. Ego
mater pulchre dilectõis ꝛc.i. pulchrã dile/
ctionem. timorẽ. cognitionẽ. spem sancta ha
bentiũ. eo ꝙ accidẽtia nõ sunt nisi in subiecto
Primi ergo quorũ vult esse mater sunt qui
pulchrã habent dilectiõem. Quid sit autez
pulchra dilectio. A Sciendum ꝙ ali/
quid dicit pulchrũ tripliciter. scz ex purita/
te. ordinabilitate. et nobilitate. Ex puritate
pulchra dicunt vitꝗ. vinũ. aqua. quãdo pu
ra vident. Similiter ex ordinabilitate aliq̃
pulchra dicunt: quãdo partes vel membra
ꝓportionabiliter sunt adinuicẽ ordinata. vt
homo vel equꝰ pulchr dicit quãdo partes
eius vel membra scz os. nasus. oculi bonaz
habent adinuicẽ ꝓportõem. Similr aliqua
dicũtur pulchra nobilitate. vt illa imago q̃
ex auro est pulchrior est illa q̃ de vili scema/
te est formata. Hec ergo tria pulchra cõue/
nire debent in pulchra dilectõe. vt illa dile/
ctio dicat pulchra que ex puro subiecto cuz
ordinato affectu in nobile obiectũ ordinatur
Ex puro quidẽ subiecto: scilicet ex pura ani/
ma que ꝓter sui dilectiõem etiã cauet pra/
uitatem omniũ mortaliũ peccatorꝝ. qz sic Le
uiti. dicit. Si maculã habuerit nõ erit acce/
ptum dño. Et aplus. Modicũ fermenti to
tam massaz corrũpit. qd̃ est dicere. Si ani/
ma maculã ꝛ modicũ fermenti mortalium
peccatorꝝ habuerit: eius dilectio nõ erit gra/
ta. Secundo dilecto pulchra dicit ex ordi/
nato affectu. hoc est cũ ad sua diligibilia iu
stum seruat ordinez diligendi. De qua illa
gloriat in Cantic. ij. Ordinauit in me cha/
ritatem. Hic est autẽ debitus ordo diligen/
di cum omnia diligibilia ordinant in deum:
vt omnia ꝓter deũ diligant. Diligit enim
pater. mater. soror. amici. aurum. diuitie. ho/
nores. corpus. ꝛ anima. deus. in quibꝰ om/
nibus necesse est vt amor ordinet: qui tunc
bñ ordinat cum deus principalr ꝛ ex cõseq̃n
ti.i. ꝓter deum omnia alia diligunt. De q̃
ordine dicit Bernũ. Ordinat deus in rebꝰ di
ligendis charitatem: vt sciamus quid pri?:
quid posterius: quid minus: quid magis:
quid ꝓter se: q̃d ꝓter aliud diligat. Sũt
enim temꝑalia diligẽda ꝓter corpus. corp?
ꝓ ꝓter animã. Valet enim anime corpus
sanũ ad penitentiã. infirmũ ad cumulatio/
nem meritorũ. mortuũ ad requiem. resuscita
tum ad cõsummatõem. Et idcirco propter
animã corp? est merito diligendum. Anima
ꝓ diligatur ꝓter deũ ad cui? imaginẽ fa/
cta est. Deus ꝓ diligatur ꝓter se. quia ni/
hil dignius. nihil vtilius potest diligi. Ni/
hil dignius qz ipse prior dilexit nos. qz et in
merins semetipm dedit nobis. Nihil etiaz
vtilius. quia ex hui? amoris virtute omnia
nobis cooperant in bonũ. omnia dico bona ꝛ
mala ꝛ aliena. Item inter amorẽ dei ꝛ pri/
mi talis debet cadere ordinatio. vt charita/
te affectuali preponat deus ꝓimo: vt plus/
q̃ ꝓimus diligat. charitate ꝓ actuali deo
ꝓimus preponat. Hinc Bernũ. Cum du/
plex sit charitas: affectualis ꝛ actualis. actu
alis inferiora prefert superioribꝰ. affectualis
ꝓ prefert supioza inferioribꝰ. vbi gratia.
In bene affecta aia non dubiũ quin dilecti
oni hominũ dei dilectio preponat: ꝛ in ipis
hominibꝰ pfectiores infirmioribꝰ: celũ ter/
re: eternitas tempi: aia carni. Attamẽ in be
ne ordinata actõe semꝑ ordo oppositus iue/
nitur. Naz circa curã ꝓimi plus vrgemur
ꝛ in infirmioribꝰ fratribus diligẽtius assi/
stimus: ꝛ pati terre plusq̃ celi glorie ipa ne
cessitate insistimus: et lãguoribus corporis
postposita cura anime pene cõtinue inseruí/
mus. Orantem hominẽ deo loqui quis du
bitat. quotiẽs tamẽ in charitate abducimur
ꝛ euellimur ꝓter eos qui nra indigent ope/
ra vel loquela. quotiẽs pro ãministrãdis ter
renis iustissime supsedem? celebrãdis missa
rum solẽnijs ordo prepostetus. sed necessi/
tas nõ habet legez. O Tercio dilectio
pulchra dicit ꝓter materie nobilitatem: vt
sup ostendim?. Sic illa dilectio pulchra di
citur que de pulchriori siue nobiliori obiec
to habet. vnde amor boni hom̃is melior est
q̃ mali: celi plusq̃ terre. Dilectio aũt ad ob
iectũ qd̃ est deus ordinata pulchrrima est.
maxime cum diligit deus ꝓter deum. Ta
liter em̃ diligentiũ scz ex puro subiecto ordi
nato affectu: nobili obiecto est pulchra dile/
ctio. quã qui habuerit merent gloriosaz vir
ginem sibi habere matrẽ. Secũdo gloriosa

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

virgo mereť esse mater bñtium timorē pulcrum. Addiť aūt pulcr ad dñiam fedi timoris. p quē coacti malū pmittimus ⁊ bonum aggredi nō audem⁹. Nā de primo dr Mat. x. Nolite timere eos q occidūt corpus ⁊ amplius nō habēt quid addant. sed timete eū qui pōt aiam ⁊ corpus mittere in gehennā de. ij. dr iob. vi. Qui timet pruinā irruet super eū nix. Qui eū timet pruinā modice penitentie ⁊ laboris irruet sup eū nix pfūdissime amaritudinis eterne dānatōis. Si ergo virginē mariaz matrē habere cupimus expellam⁹ fedū timorē et pulcr in cor nrm introducamus ¶ Dicit aūt timor dñi pulcer ex pulcro obiecto qd est deus efficiēs in nobis tria bona. s. puritatē bonitatē diuini bñplaciti voluntatē. Quō aūt hunc pulcrum timorē in cor nostr introducere debeamus vt hec tria opeť in nobis docet nos Sapiens. Eccl. vij. cum di. Fili memorare nouissima tua ⁊ in eternū nō peccabis glo. timore phibente. Que autē sint nouissima nostra memoranda. declarat bernū. exponēs pdictū verbum sic dicēs. O hō nouissima tua sunt mors iudiciū gehēna. Quid enim horribilius morte. q d terribili⁹ iudicio. q d intolerabilius gehenna. Nā gehenna nihil pōt itolerabili⁹ cogitari. Quid metuit si q̄s ad ista nō trepitat nō expauescit non timore pcutiť. Time ergo q ī morte sepandus es ab omnib bonis h⁹ corpis et mūdi. Time q interribili iudicio ei pñtandus es in cui⁹ manus horrendū est incidere. illo te examināte quē nihil latet. q de se dicit. hie. xi. Ego sum testis ⁊ iudex. Time q in gehenna cruciatibus eternis ⁊ ītensis exponendus es. Qui hec tria cogitauerit sicut sūt timorem cordi suo introducet nisi sit durior adamante. Primo g timor ille sic dixim⁹ ītroduc⁹ pulcer dr. quia ingrediens in nobis opatur puritatem. qr statim vt intus venit expellit peccatū. quo expulso relinquiť puritas. hic Eccl. i. Timor dñi expellit peccatū. naz qui sine timore est. nō poterit iustificari. Secdo expulso peccato et plantata puritate. timor opať bonitatē. hoc est stimulat nos vt bona faciamus. sic enim dr. Eccl. xv. Qui timēt dñm custodiūt mandata illius. ⁊ iterū qui timet deuz nihil negligit. Tercio timor dñi incitat nos. vt dñi faciamus p oia voluntatem. hinc Eccl. ij. Qui timet deū inquirūt que bñplacita sūt illi. Itez ps. Bñplacitū est dño sup timentes eū. ⁊ ideo ex his tribz effectib q̄s opatur in nobis. pulcr dicim⁹ hūc timorē. Q Tercio gloriosa virgo dignať esse mater agnitionis. i. habentium agnitionē. Est aūt triplex agnitio sūme nobis necessaria. quā qui habuerit maternum affectuz virginis pmereť. Prima est vt dei reuerentiā. secda vt nostram insufficienciam tercia vt matris clementiā congnoscamus. Quas ido necessarias dicim⁹. qr ex eis tres virtutes nobis necessarie oriunť. Nā ex prima ꝓgnitione dilectōem. ex secda hūilitatez ex tercia spem siue fiduciam veraciter consequimur. Primo dico q ex ꝓgnitione diuine reuerentie dilectōem ꝓsequimur. qr quāto deum ꝓgscimus. tanto necesse est vt eū diligamus. Ipse. n. tam ineffabilis est bonitas tam inexplicabilis dulcedo. vt nemo possit eum odire. sed quantū ꝓgnoscitur tantū diligitur. hinc p Jere. ix. dñs di. Non gloriet sapiens in sapia sua. nec fortis in fortitudine sua. nec diues in diuitijs suis gloriet. sed in hoc gloriet qui gloriatur. scire et nosse me. Quare? Quia vt ait bernū. nemo absq̄ cognitione saluabiť. ⁊ subiūgit. Q si ignoras deū. poterit ne eē spes salutis. Neq̄q̄. Nec eī poteris aut amare quē nescias aut habere quē nō amaueris. qr sicut ex dei ꝓgnitiōe dilectōnem sic ex dei ignorantia oriri dicimus desperationem. quod sic declarat Bernū. Aliquis reuersus in se ⁊ displicens sibi in omnibus malis que fecit cogitans q̄z resipiscere ab omni vita mala. si ignorat q̄z bon⁹ sit deus. q̄z suauis ⁊ mittis. quā multus ad ignoscendum. nunquid sua carnalis cogitatō arguet eum. ⁊ dicet. quid facis. et viam istaz vis pdere ⁊ futuram. Peccata tua maxima sunt. nequaq̄z sufficis satisfacere. ⁊ sic desperatus resilit miser. ignorans q̄z facile omnipotens bonitas omnia ista dissolueret. que omnia idcirco induximus. vt ostenderem⁹ q sicut ex dei ignorantia sequitur desperatio. sic ex eius opposito. s. ꝓgnitōne sequitur dilectio. Secūda cognitio de nobisipsis est

habenda. qua q uãto verius nosipos cogno/
scimus ⁊ quãto lucidius introrsuz ingredi/
mur: tanto ampli⁹ mala nr̃a ex quibus hu/
miliamur videmus. Hinc Boeti⁹. Nemo
tam ꝓpsite felicitatis est qui non in aliqua
parte cuz sui stat⁹ qualitate rixet. Et hoc est
qd̃ innuit Ezechiel. viij. vbi sepe repetit. Et
ad hoc cõuertimur videbis abomiãtões maio
res. q: quãto verius cõuertimur: tanto plu
ra mala nostra videmus. Nec est aliquis tã
sanctus qui ab hac lege excludat: Dicit enim
Berñ. Tu quicũq; es et si sanct⁹ es: si re ad
lumẽ veritatis intus in anima sine dissimu
latõe inspicias: nõ dubito quin hũilieris in
oculis tuis. Sicut ergo ex cognitõe dei dile
ctio: sic ex cognitõe nostri hũilitas generat.
Tercio ex cognitõe matris virginis clemen
tie spes nobis orit ⁊ fiducia. vt qui nr̃e iusti
cie fiduciã non habemus: nec ꝓpter dei reue
rentiam tanq̃z peccatores facie leuare aude/
mus ad virginẽ cõfugientes: de eius clemẽ
tia speremus. Qui ergo ꝓpter dei reuerenti/
am ⁊ suoꝝ bonoꝝ insufficientiã nõ audẽt le/
uare faciẽ eius offensam dñi erubescentes.
Si inq̃z tales ad matrez virginẽ ꝓfugerint
de eius clemẽtia sperãtes: ipos in graciã re/
cipiet: ⁊ per materna beneficia eos diuĩe gra
tie recõciliabit. ⁊ hoc est pulchra agnitio cu/
ius beata virgo designat esse mater. ℟
Quarto beata virgo dignat esse mater san/
cte spei. i. habentiũ sanctã spem. Cum autez
dicit sanctã: innuit spes alias ĩutiles et non
sanctas. Propter qd̃ sciendum q̃ sunt tria q̃
spem nostrã sanctificant de virgine gloriosa.
vt videlicz ꝓpter eã a peccatis cessem⁹. spem
nostrã solũ in ipam ⁊ filiuz eius ordinem⁹.
ipam bonis quibꝫ possum⁹ honorem⁹. Pri
mo dico a peccatis cessemus. q: frustra spe/
rat qui peccando eum ꝓuocat in quo sperat
Hinc Sapi. v. Spes impij quasi lanugo
que a vento dispergit. Item Job. xj. Oculi
impij deficient ⁊ effugium peribit ab eis. ⁊
spes eoꝝ abomiãtio est anime. Hinc Jo. iij.
Omnis qui habet spem in deo sanctificat se
sicut ille sanctus est. Secũdo spem nostraz
solũ in matrẽ virginez ordinem⁹. nec de no/
stris: nec de alienis viribꝫ psumẽtes: ne ma
ledictõez Hiere. incurram⁹. vbi dicit. Ma
ledictus qui ponit carnẽ brachiũ suuz. Ter/
cio in virginẽ matrẽ spez nostrã ponamus:
ipam in omnibꝫ ⁊ pre omnibꝫ honorantes.
q: tunc fiducialiter speram⁹ si spem nostrã ꝑ
exhibitionẽ opis cõprobamus. ⁊ hoc est qd̃
ait ps. Spera in dño ⁊ fac bonitatẽ. Et hoc
est veraciter spes sancta cui⁹ se gloriosa vir/
go asserit esse matrẽ.

LXXXII. De eodem sermo. v.

Homo quidaz de
scendebat ab hierlm in hiericho:
⁊ incidit ĩ latrones. Luc. x. ¶
Sap. ix. dicit. Difficile estimam⁹ que in
terris sunt: ⁊ que in ꝓspectu sunt inuenim⁹
cum labore. que aũt in celis quis inuestiga/
bit? ac si dicat. Si difficile intelligim⁹ aut/
quid d̃ terrenis que sensibus subiacẽt: quid
intelligere possumus de celestibꝫ ⁊ diuinis.
hinc est q̃ glõiosus ille archiꝑdicator Jesus
christus: quotiẽs loqui voluit de celestibus
⁊ diuinis: assumpsit corꝑalia loquẽs in pa
rabolis. vt ꝑ visibiliũ rerũ similitudines pe/
detẽtim. i. paulatim nos duceret in celestia
⁊ diuina: dicẽs. Simile est regnũ celoꝝ de/
cem virginibꝫ. vel thesau. abscõ. vel sage. mis
se in mari. Qd̃ exponẽs Greg. di. Regnũ
celoꝝ ideo terrenis rebus ille dicit. vt ex his
que anim⁹ nouit surgat ad incognita: qua/
tinus exemplo visibiliũ se ad invisibilia ra/
piat. ⁊ ꝑ ea que vsu didicit quasi cõfricatus
incalescat. vt ꝑ hoc q̃d̃ scit notuz diligere di
scat ⁊ incognita amare. Ex his ergo omni/
bus instructus placuit verbũ ꝓpositũ addu
cere: vt per res corꝑorales que sonãt natiui/
tatẽ gloriose virginis depingam⁹. In qui/
bus verbis tria intelligimus. scilicz glorio/
se virginis singularitatẽ. descensiõis quali/
tatem. nostraz vtilitatem. Primũ ibi. Ho/
mo quidam. Secundũ ibi. descendebat ab
hierlm in hiericho. Terciuz ibi. ⁊ incidit in
latrones. Hec per ordinem ꝓsequẽtes: pri/
mo dicimus q̃ in primo membro intelligi/
mus gloriose virginis singularitatez. Licet
enim hoc nomẽ homo fm grãmaticos sit no
men appellatiuũ appellans pro omnibꝫ. per
hoc tamen nomẽ quidam addituz ei ab hac
generalitate restringit vt non stet ꝑ omnibꝫ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf